



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta  
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ  
Theologiæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Qvaestio XXIII. De differentia paßionum abinuicem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)



spirituales. Et quantum ipse insinuat videtur, intendit, quod voluntas tunc operatur, quando contingit obiectum.

Tunc autem patitur, quando recipit ab obiecto, ita quod operatio coniungit potentiam obiecto, passio autem non, sed ab obiecto est, ut causa efficiente tantum. Nulla autem, hac ratione probat in generali: sed forte super ipsius passionis nomen inmixtum, & autoritate Aristotelis vsus, quod delectatio sequitur operationem, quasi per se notum accepit, quod fallum credimus. Passionis enim nomen in primis in immaterialibus, uel ad solam receptionem, ut in intellectu uel ad receptionem per modum rei, quae trahitur in aliud, ut in appetitu intellectiuo constat inueniri ex tertio de anima, & 5. Metaph. & hoc proprie loquendo. Metaphorice enim conuenimus actus uoluntatis similes passionibus appetitus sensitiui uocare passiones, ut uelle uindictam, uocamus iram: & uelle malum alicui, uocamus odium. Et hac locutio multos, iudicio meo, fefellit. Quod aut delectatio sequatur operationem, hoc accidit ei in quantum est passio: non enim omnis passio sequitur sic operationem, immo stat, quod passio sit prima operatio appetitus, ut patet de amore. Et tu potes sic inspicere, quod dicimus. Amor est passio, immo prima omnium passionum, & tamen amor est operatio tam in appetitu sensitiuo, quam intellectiuo, ergo distinctio inter passionem, & operationem appetitus nulla est. Minor patet, quia amor maxime contingit obiectum, & apud Scotum est ipsa essentia beatitudinis.

Præterea, Delectatio est passio, & habet pro obiecto, & non solum pro causa, delectabile, ergo

diuina: sed passio diuinorum non potest pertinere ad appetitum sensitiuum, cuius obiectum est bonum sensibile: ergo passio est in appetitu intellectiuo, sicut & in sensitiuo.

¶ 2. Præter. Quando actiuum est potentius, tanto passio est fortior: sed obiectum appetitus intellectiuo, quod est bonum uniuersale, est potentius actiuum, quam obiectum appetitus sensitiui, quod est particulare bonum: ergo ratio passionis magis inuenitur in appetitu intellectiuo, quam in appetitu sensitiuo.

¶ 3. Præter. Gaudium, & amor, passiones quaedam esse dicuntur: sed hæc inueniuntur in appetitu intellectiuo, & non solum in sensitiuo: alioquin non attribuerentur in scripturis Deo, & angelis: ergo passiones non magis in appetitu sensitiuo, quam in intellectu uo.

SED CONTRA est, quod dicit Damascenus in 2. lib. describens animales passiones: Passio est motus appetitus uirtutis sensibilis in imaginatione boni, uel mali: & aliter. Passio est motus irrationalis anime per susceptionem boni, & mali.

RESPON. Dicendum, quod sicut iam dictum est, Passio proprie inuenitur ubi est transmutatio corporalis, quae quidem inuenitur in actibus appetitus sensitiui, & non solum spiritualis, sicut est in apprehensione sensitiua, sed et naturalis. In actu autem appetitus intellectiuo non requiritur aliqua transmutatio corporalis: quia huiusmodi appetitus non est uirtus alicuius organi: unde patet, quod ratio passionis magis proprie inuenitur in actu appetitus sensitiui, quam intellectiuo, ut et patet per definitiones Damasceni inductas.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod passio diuinorum, ubi est affectio ad diuina, & coniunctio ad ipsa per amorem: quod tamen fit sine transmutatione corporali.

AD SECUNDUM dicendum, quod magnitudo passionis non solum dependet ex uirtute agentis, sed etiam ex passibilitate patientis, quia quae sunt bene passibilia, multum patiuntur etiam a paruis actiuis. Licet ergo obiectum appetitus intellectiuo sit magis actiuum, quam obiectum appetitus sensitiui, tamen appetitus sensitiuus est magis passiuus.

AD TERTIUM dicendum, quod amor & gaudium, & alia huiusmodi, cum attribuantur Deo, uel angelis, aut hominibus secundum appetitum intellectiuum, significant simplicem actum uoluntatis cum similitudine

ne effectus absque passione. Unde dicit Augustinus nono de ciuitate Dei. Sancti Angeli & sine ira puniunt, & sine misericordiae compassione subueniunt: & tamen istarum nomina passionum, consuetudine locutionis humanae et in eos usurpatur pro quanda operum similitudinem, non propter affectionum infirmitatem.

QVAESTIO XXIII.

De differentia passionum ab inuicem, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de passionum differentia ad inuicem.

ET CIRCA hoc quaruntur quattuor.

¶ Primum, Vtrum passiones quae sunt in concupiscibili, sint diuersae ab his quae sunt in irascibili.

¶ Secundum, Vtrum contrarietates passionum irascibilis, sint secundum contrarietatem boni & mali.

¶ Tertium, Vtrum sit aliqua passio non habens contrarium.

¶ Quartum, Vtrum sint aliquae passiones differentes specie in eadem potentia, non contrariae ad inuicem.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum passiones, quae sunt in concupiscibili, sint diuersae ab his, quae sunt in irascibili.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod passiones eadem sint in irascibili, & in concupiscibili. Dicitur enim Philosophus in secundo Ethicorum quod passiones animae sunt, quas sequitur gaudium & tristitia: sed gaudium & tristitia sunt in concupiscibili, ergo omnes passiones sunt in concupiscibili: non ergo sunt aliae in irascibili, & aliae in concupiscibili.

¶ 2. Præter. Matth. 13. super illud, Simile est regnum celorum fermento &c. dicit glossa Hieronimi. In ratione possideamus prudentiam, in irascibili odium uitiorum, in concupiscibili desiderium uirtutum: sed odium est in concupiscibili, sicut & amor cui contrariatur, ut dicitur in secundo Topicorum. ergo eadem passio est in concupiscibili, & irascibili.

¶ 3. Præter. Passiones & actus differunt specie secundum obiecta: sed passionum irascibilis & concupiscibilis eadem obiecta sunt. scilicet bonum & malum. ergo eadem passiones sunt irascibilis & concupiscibilis.

SED CONTRA. Diferentiarum potentiarum actus sunt specie diuersi, sicut uidere & audire: sed irasci-

delectatio est contra gens obiecto, probatur assumptum, quia uidens Deum, delectatur de Deo tanquam obiecto summo delectabili: & quod habet delectationem morosam, delectatur de re cogitata ut pi, ut obiecto delectabili ac si esset in re, & non solum, ut causa efficiente. Dicit ergo, quod passiones in appetitu sensitiuo sunt ueræ operationes, causate tam ab appetibili, & habet res pro obiecto appetibile, sed differentia consistit in hoc, quod in appetitu sensitiuo sunt permixtae cum passio ne corporali: in appetitu uero intellectiuo non: & per exclusionem huius compositionis dicuntur in eo simplices actus, similes tamen passionibus, scilicet appetitibus. Hec nunc iustitiam in communi; in speciali autem inferius cum de delectatione & tristitia tractabitur, sermo erit.

Super Quaestione sigefimateria articulum primum.

CIRCA 1. articulum. q. 2. quia hic innotat distinctio passionum, aduertere oportet toto hoc tractatu seruari illud, Quodlibet profertente contraria sollicitum esse, stultum est. Dico autem hoc, quia non omnibus coeessum apparet, ut distinctio & proprie de huiusmodi passionibus locuti fuerint. Scotus in primis, ut in 3. sent. dist. 34. apparet, reprehendit dicentes, obiectum irascibilis esse actum, & uolens eius obiectum esse offendens, dicit quod semper quando irascibilis habet actum suum, est ibi nolle non solum concupiscibilis, sed irascibilis. Ex quibus manifeste apparet, quod apud ipsum, irascibilis nuncquam est respectu boni, sed mali tantum respiciendi, sustinendi, puniendi, & si quid aliud est huiusmodi: ac per hoc in ianuis irascibilis errant. Spes enim, quae est prima passio irascibilis, oportet quod negetur

es. 22. circa princ.

Ibid.

es. 1. d. ad 3.

In argum. Sed contra.

D. 278.



genit ab ea, nec vlla rationem inuenio, nisi forte ex 26. dist. eundem tertij quis affumat istam, scilicet, quia arduum, aut significat abiens, aut excedens facultatem potentiae, cui dicitur arduum, aut excedens omnia mala sibi contraria: sed nihil horum est. ergo &c. hac autem penio, aut distinctio, nihil obstat: quoniam arduum nihil horum formaliter significat, sed diffinitur in bono vel malo. Arduus n. res dicitur, quae difficultatem ac propterea celsitudinem quam habent: difficultas enim aggredi non parum reputatur, & difficilis succumbere, uel ea fugere, non multum utuperamus. Quod autem bonum difficile, & bonum absolute egent diuersis potentis, in prima parte dictum est, & in responsione ad tertium hic ostenditur, ex eo, quod bonum difficile habet, unde repugnat concupiscentiae. Offendens ergo est unum contentum sub obiecto irascibili, pro quanto spectat ad aliquam eius passionem, puta, iram ad quamvis autem obiectum est difficile, siue arduum. Et scito, quod cum ponitur differentia in ter obiectum concupiscibilis & irascibilis: quia illius boni absolute, istius boni arduum, perinde est ac si diceretur, quod concupiscibilis obiectum est bonum sensibile, nullo addito: irascibilis uero bonum determinatum ad rationem ardui, seu difficultatis, ita quod illud est simplex, hoc est quae compositum. Unde non fallans. putans, quod concupiscibilis feratur in bonum, & irascibilis in illius difficultatem: sed iecto, & quod concupiscibilis feratur in bonum, & quod irascibilis feratur in bonum arduum. Omnis namque appetitus obiectum est bonum: & ira, ut dicitur in secundo Rhetoricorum, capitulo primo, est appetitus appetentis punitionis, quod bonum est in re, uel apparentia mani-

bilis, & concupiscibilis sunt duae potentiae diuidentes appetitum sensitiuum, ut in 1. dictum est. ergo concupiscentiae sunt motus appetitus sensitiui, ut supra dicitur est, passiones, quae sunt in irascibili, erunt aliae in specie a passionibus, quae sunt in concupiscibili. RESPON. Dicendum, quod passiones, quae sunt in irascibili, & in concupiscibili differunt specie. Cum enim diuersae potentiae habeant diuersa obiecta, ut in 1. dictum est, necesse est, quod passiones diuersarum potentiarum ad diuersa obiecta referantur: unde multo magis passiones diuersarum potentiarum specie differunt. Maior enim differentia obiecti requiritur ad diuersificandam speciem potentiarum, quam ad diuersificandam speciem passionum, vel actuum. Sicut enim in naturalibus diuersitas generis consequitur diuersitatem potentiae materiae, diuersitas autem speciei diuersitatem formae in eadem materia: ita in actibus animae actus ad diuersas potentias pertinentes, sunt non solum specie, sed et genere diuersi. Actus autem, vel passiones respicientes diuersa obiecta spalia comprehensa sub uno communi obiecto vnius potentiae, differunt sicut species illius generis. Ad cognoscendum ergo quae passiones sunt in irascibili, & quae in concupiscibili, oportet assumere obiectum vtriusque potentiae. dictum est autem in primo, quod obiectum potentiae concupiscibilis est bonum, vel malum sensibile simpliciter acceptum, quod est delectabile, vel de odorsu: sed quae necesse est, quod interdum anima difficultate, vel pugna patitur adipiscendo aliquid huiusmodi bonum, vel fugiendo aliquid huiusmodi malum, in quantum hoc est quodammodo eleuatum supra facultatem animalis: id ipsum bonum, vel malum in quo habet rationem ardui vel difficultatis, est obiectum irascibilis. Quaecumque ergo passiones respiciunt absolute bonum, vel malum, pertinent ad concupiscibile, ut gaudium, tristitia, amor, odium, & similia. Quaecumque vero passiones respiciunt bonum, vel malum sub ratione ardui, put est aliquid adipiscibile, vel fugibile cum aliqua difficultate, pertinent ad irascibile, ut audacia, & timor, spes, & huiusmodi. AD PRIMUM ergo dicendum, quod sicut primo dictum est, ad hoc uis irascibilis data est animalibus, ut tollantur impedimenta, quibus concupiscibilis in suum obiectum tendere prohibetur, uel propter difficultatem boni adipi-

ascendi, vel propter difficultatem mali superandi. et ideo passiones irascibilis omnes terminantur ad passiones concupiscibilis, & secundum hoc etiam passiones quae sunt in irascibili, consequuntur gaudium & tristitia, quae sunt in concupiscibili. AD SECVNDVM dicendum, quod odium vitiorum attribuitur Hier. irascibili, non propter rationem odij, quod proprie competit concupiscibili, sed propter impugnationem, quae pertinet ad irascibilem. AD TERTIVM dicendum, quod bonum in quantum est delectabile, mouet concupiscibile, sed si bonum habeat quandam difficultatem ad adipiscendum, ex hoc ipso habet aliquid repugnans concupiscibili: & ideo necessarium fuit esse aliam potentiam, quae in id tendere, & ratio est eadem de malis, & haec potentia est irascibilis: unde ex consequenti species concupiscibilis, & irascibilis specie differunt.

ARTICVLVS II. *Utrum contrarietas passionum irascibilis, sit secundum contrarietatem boni, & mali.*

AD SECVNDVM sic procedit. Videtur, quod contrarietas passionum irascibilis non sit, nisi in contrarietate boni, & mali. Passiones enim irascibilis ordinantur ad passiones concupiscibilis, ut dictum est: sed passiones concupiscibilis non contrariantur nisi secundum contrarietatem boni, & mali, sicut amor & odium, & gaudium & tristitia. ergo nec passiones irascibilis. ¶ 2. Praet. Passiones differunt secundum obiecta, sicut & motus secundum terminos: sed contrarietas non est in motibus, nisi secundum contrarietatem terminorum, ut patet in 5. Phys. ergo neque in passionibus est contrarietas passionum, nisi secundum contrarietatem obiectorum. obiectum autem appetitus est bonum, uel malum. ergo in nulla potentia appetitiua potest esse contrarietas passionum, nisi secundum contrarietatem boni, & mali. ¶ 3. Praet. Omnis passio animae attenditur secundum accessum & recessum, ut Avicenna dicit in 6. de naturalibus. sed accessus caritur ex ratione boni, recessus autem ex ratione mali, quia sicut bonum est, quod omnia appetunt, ut dicitur in primo Ethicorum. ita malum est, quod omnia fugiunt. ergo contrarietas

seste: nec refert an idem aut diuersum sit bonum a bono arduo. sed est n. quod distinguntur formaliter. Si tamen dicta authoris in quaestione de ueritate, quaestione vigesima quinta, & in tertio sententiarum distinctione vigesima sexta, scrutatus fueris, inuenies, quod obiectum concupiscibilis est bonum sensatum, irascibilis uero estimatum: illam mouent species sensibilem, istam intentiones elicite.

¶ Super Quaestione vigesima sexta Arisculum secundum.

IN 2. art. multa essent dubitanda, si actus passionum nominatarum examinanda essent singillatim. Sed quoniam hoc suis proprijs locis referatur, unum tantum est discutendum, quomodo. scilicet contrarietas inter bonum, & malum spectat ad irascibile. Aut enim intelligitur de bono, & malo absolute, & sic spectat ad concupiscibilem: aut de bono, & malo ut subsunt arduum, & sic non considerantur sub rationibus boni, & mali, sed sub ratione ardui: sicut si loqueremur de ligno & lapide, ut subsunt albedini.

¶ Ad hoc dicitur, quod sicut bonum absolute contrariatur malo absolute, ita bonum arduum & sicut haec sunt altera ab illis, ita contrarietas est alia a contrarietate, licet communicent in nomine: quia utraque dicitur secundum bonum, & malum. Unde cum quaeritur, Aut &c. respondetur, quod neutro modo proprie loquedo: quoniam, ut predictum est, bonum & malum non concurrunt per accidens, ut subsunt, scilicet difficultati: sed totum hoc bonum arduum, uel malum arduum per se concurrunt, ita quod contrarietas boni & mali difficultatum spectat ad irascibilem. sunt enim quaedam boni & mali species, bonum difficile, & malum difficile. Et cum in littera distinguitur bonum arduum, in ly bonum,

loca in arguente.

infr. q. 40. artic. 4. & q. 45. art. 2. ad 2. & 3. dist. 26. q. 1. artic. 5. cor. & uer. q. 26. artic. 4.

ex. 48. tom. 2.

in prin. p. li. eth. 10. 5.



bonum : & in ly, arduum, non est distinctio in subiectum & accidens, sed unius fundamenti in plures particulares, seu in adequatas rationes, sicut distinguitur nigredo in id quod habet luminis, & id quod habet obumbrationis. Et intendit litera, quod quia bonum arduum habet rationem, & unde attrahat. & unde a se repellat: ideo &c. Attestatur autem huic sensui quod arduum in litera ponitur depulsum & attractum: quod non fieret, si secundum se sumeretur: nunc autem fit; quia & aliquod bonum arduum est depulsum, ut obiectum est desperationis; & aliquod malum arduum est attractum, ut obiectum audaciae.

sup. 710. 9.

sec. 19. 30. 21. & alius seqq. to. 12.

a rex. 45. ut que ad 52. tom. 2.

D. 984.

ar. preced.

ar. preced.

in passionibus animae non potest esse, nisi secundum bonum & malum.

SED CONTRA. Timor & audacia sunt contraria, ut patet in 3. \* Eth. sed timor & audacia non differunt secundum bonum & malum, quia utrunque est respectu aliquorum malorum. ergo non omnis contrarietas passionum irascibilis est secundum contrarietatem boni & mali.

RESPON. Dicendum, quod passio quidam motus est, ut dicitur in 3. \* Phys. Unde oportet contrarietatem passionum accipere secundum contrarietatem motuum, uel mutationum. Est autem duplex contrarietas in mutationibus & motibus, ut dicitur in 6. \* Physic. una quidem secundum accessum & recessum ab eodem termino: quae quidem contrarietas est proprie mutationum, id est generationis, quae est mutatio ad esse, & corruptio nis, quae est mutatio ab esse. Alia autem secundum contrarietatem terminorum, quae proprie est contrarietas motuum: sicut dealbatio, quae est motus a nigro in albu, opponitur denigratio, quae est motus ab albo in nigrum. Sic igitur in passionibus animae, duplex contrarietas inuenitur: una quidem, secundum contrarietatem obiectorum, scilicet boni & mali: alia vero, secundum accessum & recessum ab eodem termino. In passionibus quidem concupiscibilis inuenitur prima contrarietas tantum, quae scilicet secundum obiecta. In passionibus autem irascibilis inuenitur utraque, cuius ratio est: quia obiectum concupiscibilis, ut supra dictum est, est bonum, uel malum sensibile absolute. Bonum autem in quantum bonum, non potest esse terminus, ut a quo, sed solum ut ad quem: quia nihil refugit bonum in quantum bonu, sed omnia appetunt ipsum. Similiter nihil appetit malum in quantum malum huiusmodi, sed omnia fugiunt ipsum: & propter hoc, malum non habet rationem termini ad quem, sed solum termini a quo. Sic igitur omnis passio concupiscibilis respectu boni, est ut in ipsum, sicut amor, desiderium, & gaudium. Omnis uero passio respectu mali est ab ipsa: sicut odium, fuga, seu abominatio & tristitia. Unde in passionibus concupiscibilis, non potest esse contrarietas secundum accessum & recessum ab eodem obiecto: sed obiectum irascibilis est sensibile bonum, uel malum, non quidem absolute, sed sub ratione difficultatis, uel arduitatis, ut supra dictum est. Bonum autem arduum, siue difficile habet rationem, ut in ipsum tendatur in quantum est bonum, quod pertinet ad passionem spei, & ut ab ipso recedatur, in quantum est arduum & difficile, quod pertinet ad passionem desperationis. Similiter malum arduum habet rationem ut uitetur in quantum est malum, & hoc pertinet ad passionem timoris: habet et rationem ut in ipsum tendatur, sicut in quodam arduum, per quod scilicet aliquid euadit subiectionem mali, & sic tendit in ipsum audacia. Inuenitur ergo in passionibus irascibilis contrarietas secundum contrarietatem boni, uel mali, sicut inter spem & timorem. Et iterum secundum accessum & recessum ab eodem termino, sicut inter audaciam & timorem,

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

ARTICULVS III.

Utrum sit aliqua passio animae non habens contrarium.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod omnis passio animae habeat aliquod contrarium. Omnis enim passio animae uel est in irascibili, uel in concupiscibili, sicut supra dictum est: sed utraque passionis habent contrarietatem suo modo. ergo omnis passio animae habet contrarium.

2 Praet. Omnis passio animae habet bonum, uel malum pro obiecto, quae sunt obiecta uniuersaliter appetituae patris; sed passio, cuius obiectum est bonum, opponitur passio, cuius obiectum est malum, ergo omnis passio habet contrarium.

3 Praet. Omnis passio animae est secundum accessum, uel secundum recessum, ut dictum est; sed cui libet accessui contrariatur recessus, & e conuerso. ergo omnis passio animae habet contrarium.

SED CONTRA. Ira est quaedam passio animae; sed nulla passio contraria ponitur irae, ut patet in 4. \* Eth. ergo non omnis passio habet contrarium.

RESPON. Dicendum, quod singulare est in passione ira, quod non potest habere contrarium neque secundum accessum & recessum, neque secundum contrarietatem boni & mali. Causatur enim ira ex malo difficili iam iniacente, ad cuius praesentiam necesse est, quod aut appetitus succumbat, & sic non exit terminos tristitiae, quae est passio concupiscibilis; aut habet motum ad inuadendum malum laesum, quod pertinet ad iram; motum autem ad fugiendum habere non potest, quia iam malum ponitur praesens uel praeteritum, & sic motui irae non contrariatur aliqua passio secundum contrarietatem accessus & recessus. Similiter et nec secundum contrarietatem boni & mali; quia malo iniacenti opponitur bonum iam adeptum, quod iam non potest habere rationem ardui, uel difficultatis; nec post ademptionem boni remanet alius motus; nisi quietatio appetitus in bono adepti, quae pertinet ad gaudium, quod est passio concupiscibilis. Unde motus irae non potest habere aliquem motum animae contrarium, sed solummodo opponitur ei cessatio a motu, sicut Philosophus dicit in sua Rhetorica, quod miseresce opponitur ei quod est irasci; quod non est oppositum contrarie, sed negatiue, uel priuatiue. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

ARTICULVS IIII.

Utrum sint aliquae passionis differentes specie in eadem potentia non contraria adinui cem.

AD QVARTVM sic proceditur. Vt, quod non possint in aliqua potentia esse passionis specie differentes & non contraria adinui cem. Passiones enim differunt secundum obiecta; obiecta autem passionum animae sunt bonum & malum, in quorum differentiam passionis habent contrarietatem. ergo nullae passionis eiusdem potentiae, non habentes contrarietatem adinui cem differunt specie.

2 Praet. Differentia speciei est differentia secundum formam: sed

Articulo tertio omissio, circa quarum, dubium occurrit quadruplex, primum est, quid intendat auctor per illam distinctionem factam in litera, de differentia actiuorum dupliciter: primo secundum naturam; secundo secundum uirtutem. uirtus enim naturae effectus est. Secundum est quod auctor dicitur: proponit enim differentiam actiuam secundum uirtutem, & tamen non declarat



rat nisi differentiam effectus, prout scilicet datur coaptatio motus, & quies immo potius declarat cum differentia effectus identitatem actiue virtutis, cum dicitur: quia ex eadem causa aliquid quiescit in loco per quam mouebatur ad locum. Tertium est, cum in naturalibus sufficit inclinatio ad conueniens ad dissonandum ab inconuenienti, vt patet in grauibz & leuibz: leuitas enim ignis est ei ratio consonandi loco sursum & dissonandi a deorsum: & similiter motus sursum est petitio sursum, & fuga a deorsum: & similiter gressus sursum sufficit ei ad ponendam quietem deorsum uiolentiam. Cur, inquam, in naturalibus sufficit unitas, & in animalibus requiritur pluralitas? cum conuerso deberet esse, quia quæ dispersa sunt in inferioribus, unita sunt in superioribus, unde non uidetur, quod amor & odium sint duæ passionnes, sed unametsi passio est amor respectu boni, & odium respectu sui contrarii, differens secundum respectum ad diuersa: sicut in naturalibus leuitas est amor sursum, & odium deorsum, & sic de aliis. Et hoc uidetur rationabile: quæ eadem ratione aliquis appetit unum contrarium, & odit aliud: & quanto alterum intenditur, tanto etiam alterum crescit: ita quod cogeneratio, & coaugmentatio, & corruptio identitati attestantur. Quartum est, quomodo malum causat depulsio, cum omne agens producat sibi simile: ac per hoc trahat patiens ad sui participationem: unde sicut bonum causat ad se, ita malum.

¶ Ad primum dubium dicitur, quod actiua possunt distingui dupliciter, primo secundum differentias ipsarum naturarum agentium, & hæc distinctio est clara. Alio modo, secundum differentias virtutum actiuarum, & hæc est obscura. Ad cuius euidenciam scito, quod actiua dupliciter inueniuntur, scilicet in esse natura, & in esse apprehenso. In agentibus in esse natura, manifestum est, quod distinctio eorum secundum naturas est alia a distinctio ne eorum secundum uirtutes: elementa enim & animalia alia distinctio distinguntur secundum naturas eorum, & alia secundum uirtutes eorum, licet ite oriuntur ex illis. In agentibus autem quia apprehensa, distinctio naturarum patet, cum cibus talis differens ab illo alio secundum speciem apprehensus, mouet appetitum: distinctio autem secundum uirtutem est secundum diuersam rationem apprehensionis, ita quod eadem res secundum naturam diuersimode apprehensa non qualicunque diuersitate, sed diuersitate bonitatis, uel malitiae presentis, uel futuræ, uel absolute, ut inferius in distinctioe & tractatu passionum patebit. Alia enim ratione mouet malum præsens apprehensum, & alia futurum: illud enim mouet ad tristitiam, hoc ad timorem: unde ostenditur, quod illud habet uirtutem actiuam ad inferendam illam passionem, hoc ad inferendam istam: ita quod ex ipsa diuersa ratione, qua apprehenditur, eadem res habet diuersam uirtutem mouendi appetitum, & hoc inuenit littera, uolens, quod passiones non distinguantur penes distinctioem naturarum agentium, sed uirtutum, quæ ad differentias apprehensionis spectant, obiectum namque appetitus non est res, sed res apprehensa. Et propterea differentia formalis passionum non solum ex distinctioe rei, sed distinctioe rei ut apprehensa constat. Et hinc habes, quod passio odii, & iræ, & similia, non diuersificantur specie ex diuersitate malorum, puta mortis, uerberis carceris &c. Differentia enim naturarum materialiter & non formaliter concurrit. Vtrum autem diuersitas na-

aturarum diuersificet habitus harum passionum, seu ipsas in genere moris, inferius examinabitur.

¶ Ad secundum dubium dicitur, quod in agentibus naturalibus est considerare duo: scilicet in quantum agunt, & in quantum attrahunt. Et si quidem consideremus in quantum agunt, sic patet, quod idem generatium corporis leuis eodem modo se habens, & unica actione, dat omnia dando siquidem ei natura, dat consequenter leuitatem, & motum ad locum absente, & quietem in presenti. Sed si consideremus in quantum attrahunt, sic uis generatiua naturaliter, quæ est sursum, aliter, & aliter se habens, ad corpus trahit: nam absolute trahit per modum coaptantis: ut absens uero per motum: ut præsens uero per quietem in agentibus uero in alia quatenus apprehensa sunt, agere, & attrahere, simul concurrunt, ita quod bonum apprehensum absolute infert passionem amoris, & sic trahit per amorem. Et apprehensum ut futurum, infert passionem desiderii, qui est motus ad se, & sic trahit per motum: & apprehensum ut præsens infert passionem delectationis, & sic trahit per quietem. Unde si uis generatiua sursum manes, diuersis dispositionibus se habens ad corpus mobile actionibus distinctis, illa tria daret, curreret plene similitudo. Nunc autem, quia non sic est, author non est digressus, sed uisus est similitudine agentis naturalis, in quantum attrahit, ut in littera manifesta dicitur, & in quantum triplex effectus in patiente fit, ut sic distinctioem passionum in anima diceremus. Et si horum duorum dubiorum solutiones diligenter notaueris, uidebis quomodo est eadem, & quomodo diuersa ratio appetibilis, seu finis, ut tendatur in ipsum, & quiescat in eo, est, eadem secundum naturam, & diuersa secundum uirtutem, quod est esse eandem materialiter, & diuersam formaliter respectu passionum. Amor enim, desiderium & gaudium respectu eiusdem non materialiter, sed formaliter distinguuntur, quod esse non possent ex obiecti natura, neque ex obiecti conditionibus, puta presentia, uel absentia, & huiusmodi, si se haberent in anima, sicut approximatio perfectior, uel imperfectior in naturalibus actiuis: hæc enim non uariant effectum specificum, ut patet, unde si hæc perspicaciter considerasset Scotus in tertio, distinctioe uigesima sexta, hanc improbatam nunc phantasia non dixisset.

¶ Ad tertium dubium dicitur, quod sicut anima est supra naturam, ita modus tendendi in contraria in animalibus est supra modum, quo natura se habet: Est autem modus natura, ut non nisi sequendo conueniens, dissonet ab inconuenienti, ita quod non respicit conueniens & inconueniens secundum seipsa, sed tantum profequendo conueniens. Ignis enim profequendo suam celestionem, destruit frigus: & motus sursum, relinquit deorsum, & trahit se cum uiolenter aliquid minus graue. Et radix huius est, quia natura est determinata ad unum: quia inclinatur, & operatur quia est, ut alibi declarauimus. Anima autem sensitua quæ operatur, quia apprehendit, non ad unum determinata est, sed iuxta differentiam contrarietatemque apprehensorum, ipsa contraria secundum se recipit, ac per hoc non sufficit animali amor conuenientis pro odio disconuenientis, sed utrumque seorsum: ordinat tamen exigit, ut animaliter appetitus eius se habeat ad contraria. Sicut enim oportuit ad hoc, quod animaliter appetentur etiam

omnis differentia secundum formam est secundum aliquam contrarietatem, ut dicitur in 10. \* Metaphys. ergo passiones eiusdem potentiae, quæ non sunt contrariæ, non differunt specie. ¶ 3. Præterea. Cum omnis passio animæ consistat in accessu, uel recessu, ad bonum, uel ad malum, necessesse uidetur quod omnis differentia passionum animæ sit uel secundum differentiam boni, uel mali, uel secundum differentiam accessus, uel recessus, uel secundum maiorem uel minorem accessum, uel recessum. Sed primæ duæ differentie inducunt contrarietatem in passionibus animæ, ut dictum est: tertia autem differentia non diuersificat speciem: quia sic essent infinitæ species passionum animæ, ergo non potest esse, quod passiones eiusdem potentie animæ differant specie, & non sint contrariæ.

SED CONTRA, Amor & gaudium differunt specie, & sunt in concupiscibili, nec tamen contrariantur adinuicem, quin potius unum est causa alterius, ergo sunt aliquæ passiones eiusdem potentie, quæ differunt specie, nec sunt contrariæ.

RESPON. Dicendum, quod passiones differunt secundum actiua, quæ sunt obiecta passionum animæ.

¶ Ad quartum dubium dicitur, quod actiua possunt distingui dupliciter, primo secundum differentias ipsarum naturarum agentium, & hæc distinctio est clara. Alio modo, secundum differentias virtutum actiuarum, & hæc est obscura. Ad cuius euidenciam scito, quod actiua dupliciter inueniuntur, scilicet in esse natura, & in esse apprehenso. In agentibus in esse natura, manifestum est, quod distinctio eorum secundum naturas est alia a distinctio ne eorum secundum uirtutes: elementa enim & animalia alia distinctio distinguntur secundum naturas eorum, & alia secundum uirtutes eorum, licet ite oriuntur ex illis. In agentibus autem quia apprehensa, distinctio naturarum patet, cum cibus talis differens ab illo alio secundum speciem apprehensus, mouet appetitum: distinctio autem secundum uirtutem est secundum diuersam rationem apprehensionis, ita quod eadem res secundum naturam diuersimode apprehensa non qualicunque diuersitate, sed diuersitate bonitatis, uel malitiae presentis, uel futuræ, uel absolute, ut inferius in distinctioe & tractatu passionum patebit. Alia enim ratione mouet malum præsens apprehensum, & alia futurum: illud enim mouet ad tristitiam, hoc ad timorem: unde ostenditur, quod illud habet uirtutem actiuam ad inferendam illam passionem, hoc ad inferendam istam: ita quod ex ipsa diuersa ratione, qua apprehenditur, eadem res habet diuersam uirtutem mouendi appetitum, & hoc inuenit littera, uolens, quod passiones non distinguantur penes distinctioem naturarum agentium, sed uirtutum, quæ ad differentias apprehensionis spectant, obiectum namque appetitus non est res, sed res apprehensa. Et propterea differentia formalis passionum non solum ex distinctioe rei, sed distinctioe rei ut apprehensa constat. Et hinc habes, quod passio odii, & iræ, & similia, non diuersificantur specie ex diuersitate malorum, puta mortis, uerberis carceris &c. Differentia enim naturarum materialiter & non formaliter concurrit. Vtrum autem diuersitas na-

tura, ita modus tendendi in contraria in animalibus est supra modum, quo natura se habet: Est autem modus natura, ut non nisi sequendo conueniens, dissonet ab inconuenienti, ita quod non respicit conueniens & inconueniens secundum seipsa, sed tantum profequendo conueniens. Ignis enim profequendo suam celestionem, destruit frigus: & motus sursum, relinquit deorsum, & trahit se cum uiolenter aliquid minus graue. Et radix huius est, quia natura est determinata ad unum: quia inclinatur, & operatur quia est, ut alibi declarauimus. Anima autem sensitua quæ operatur, quia apprehendit, non ad unum determinata est, sed iuxta differentiam contrarietatemque apprehensorum, ipsa contraria secundum se recipit, ac per hoc non sufficit animali amor conuenientis pro odio disconuenientis, sed utrumque seorsum: ordinat tamen exigit, ut animaliter appetitus eius se habeat ad contraria. Sicut enim oportuit ad hoc, quod animaliter appetentur etiam

Prima Secunda S. Thomæ. H natu-



naturalia, ut alimmenta, inesse animalibus appetitum eorum, qui sit aclus elicitus, puta desiderium, & delectatio animalis con-

D. 102.

quens: ita oportuit ad hoc, quod animal se habeat appetendo, ad contraria, ut in ipsa secundum se ipsa tenent. Neque hoc est degenerare a natura, sed eleuari supra illam. Et cum dicitur quod dispersa inferius sunt vita superioris, verum est ceteris paribus: non sic autem est in proposito. Tendere in contraria secundum se, & tendere in ea, solum prosequendo si bi convenientis, non sunt paria: sed primum est longe maius, quia per se adaequat ipsa contraria: secundum vero alterum per accidens respicit: & ideo non est mirum, si plura exigit. Iam enim patet ex parabola disposita ad sanitatem, in secundo, de caelo & mundo, quod in nobiliori gradu consistit egens pluribus auxiliis ad maius, quam paucis ad minus. Nec est verum, quod amor & odium congenerentur, & coalescant, & conde-  
Ar. 3. Cum enim amor causetur ex bono apprehenso, sicut bonum aliquod sepius apprehendi, & multum amari abique consideratione contrarii: unde fit & crescit amor formaliter: & non fiet, nec crescet odium formaliter, sed virtualiter tantum, seu in sui radice, in amore oppositi. Manifestum autem hoc videtur in delectabili contemplationis carenti contrario, & in affectibus delectabilibus nunquam de contrariis cogitantibus. Eadem autem ratione non formaliter, sed virtualiter, unum contrarium appetitur, & reliquum refutatur: quoniam alteri formalis ratio est bonum, alteri malum: & amatum bonum est radix repellendi mali contrarii.

Ad quartum dubium dicitur, quod differentia inter actiua quia sunt, & actiua quia apprehensa, soluitur quaestione. Actiua enim quia sunt, cum sint determinata ex natura propria ad producendum illi simile, non possunt, nisi ad se trahendo per viam assimilationis agere, siue bona, siue mala sint illis, in qua agunt. Actiua vero quia apprehensa, quia apprehensa ad bonum animalis ordinatur (datur enim vis tam apprehensiva, quam appetitiua animalis) propter bonum ipsius animalis actiua sunt, non ad se, sed ad animal ipsum trahendo: unde causant in animali id, quod convenit animali in ordine ad tale obiectum, & non id quod convenit tali obiecto: unde malum apprehensum non causat in animali motum ad se, sed a se. hoc. n. est causare convenientis animalis in proportionem ad tale obiectum, propter quod sicut bonum apprehensum diversimode agit in animal atrahendo per consonantiam, vel motum, vel quietem: ita malum apprehensum depellendo diffonantiam, fugam, & inquietudinem.

Circa segregationem passionum in eodem 4. articulo factam, dubium occurrit. Primum ad hominem, quia ipsemet author in 3. sentent. distinctio. 26. quae. 1. artic. 2. ad 3. & 5. ponit delectationem esse etiam passionem irascibilis. Scotus quoque in 3. sentent. distinctio. 34. ponit tristitiam esse etiam passionem irascibilis, assignans differentiam inter tristitiam irascibilis, & concupiscibilis: quia ista cum restrictione organi, illa cum accensione sanguinis. Et probat diversitatem earum, quia si offendens offeratur ut impossibile repellit, causatur maior tristitia in concupiscibili: & tamen non causatur proprie ira, & consequenter nec tristitia irascibilis: cum qua est ira appetendo iudicatum, & postmodum cum delectatione propria exercens illam.

Ad hoc breviter dicendum est, quod nisi aequivoce loquamur, segregationem in litera factam fortuanda est. Amor enim & desiderium, & delectatio & tristitia, & si quid est eiusmodi, si sumantur pro naturalibus diffonantibus, vel consonantibus potentiarum, vel actuum, & huiusmodi, aequivoce dicuntur de eisdem ut sunt passionibus animalibus. Et primo eundem modo communes sunt omnibus potentibus. & forte hoc modo intellectum est in locis allegatis in oppositum. Secundo autem modo, proprie sunt concupiscibilis, quae in litera hac enumerantur, & proprie irascibilis quae et tribuuntur. Quod si quis dicat, auctores hos de animalibus passionibus in praedictis locis loqui, nolo contendere, quia rationabiliter loqui videntur: sed dicam, quod diuus Thomas in tantum in melius sententia, dum in hoc libro oppositum docuit, ut inferius in qu. 32. ar. 6. ad 3. patet, delectationem de ipso unice, quae olim tribuitur irascibili, ponens cum aliis delectationibus concupiscibilis. Et ne sic ratio posset, ut si cutuis quaelibet anima toti deseruit, ita vis delectabilis, & desiderativa. Neque enim convenientis secundum tactum causat delectationem in concupiscibili, & convenientis secundum auditum: non omne enim delectabile secundum quemcumque sensum, immo etiam secundum aestimationem & quancunque sensitivam virtutem causat delectationem in concupiscibili, quia sola animal natum est formaliter delectari animaliter de quocunque fibi coniuncto bono, sicut solari-  
I rascibili natum est iudicare de quocunque coniuncto malo. Ad Scotum dico, quod cum passio animalis in actu suo, & in motu materia li sit conformis, ita quod si passio consistit in accessu, motus quoque illius corporalis est accessorius: & si consistit in recessu, motus quoque illius consistit in retractione: & si consistit quod tristitia consistit in retractione, consequens est quod motus corporalis tristitiae consistit in retractione. Unde & contra philosophiam est duplex tristitia organum, & quod tristitia ex accensione, quam consistit in accessu consistere, causatur materialiter. Et Scotus videtur deceptus a seipso, quia noluistis verba Aristotelis in secundo Rhetorica intel ligere, dicentis, quod ira est cum tristitia, & quod ira veri, quasi mel. Passiones enim irascibilis incipiunt a passionibus concupiscibilis & in eas terminantur. Et propterea ira incipit a tristitia, & terminatur in delectationem. Si ratio autem probans distinctionem dolorum, rursu digna videtur (ut enim patet ab Aristotele ibidem & Avicenna in sexto Naturalium, quando nocetur alicui, ita quod impossibile apparet ultio, tristitia magna quidem est, & sola, id est, non causans iram: quia non causatur ira sine spe puniendi) ex hoc autem arguere: ergo quando causatur ira, est alia tristitia, cum qua est ira, puerile videtur. hoc enim nihil aliud in fere, nisi, ergo sola tristitia non causat iram. Et hoc est verum: quia requiritur etiam spes ultionis. Est enim ira, ut inferius patebit, & ex diffinitione Arist. ibidem patet, ex multis resultans passionibus.

QVAESTIO XXIII.

De bono & malo in animi passionibus, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de bono & malo circa passiones animae.

ET CIRCA hoc quaeruntur quatuor.

Primo, Vtrum bonum & malum morale possit in passionibus animae inueniri.

Secundo, Vtrum omnis passio animae sit mala moraliter.

Tertio, Vtrum omnis passio ad dandum vel diminuendum ad bonitatem, vel malitiam actus.

Quarto, Vtrum aliqua passio sit bona, vel mala ex sua specie.

Ad primum dico, quod cum passio animalis in actu suo, & in motu materia li sit conformis, ita quod si passio consistit in accessu, motus quoque illius corporalis est accessorius: & si consistit in recessu, motus quoque illius consistit in retractione: & si consistit quod tristitia consistit in retractione, consequens est quod motus corporalis tristitiae consistit in retractione. Unde & contra philosophiam est duplex tristitia organum, & quod tristitia ex accensione, quam consistit in accessu consistere, causatur materialiter. Et Scotus videtur deceptus a seipso, quia noluistis verba Aristotelis in secundo Rhetorica intel ligere, dicentis, quod ira est cum tristitia, & quod ira veri, quasi mel. Passiones enim irascibilis incipiunt a passionibus concupiscibilis & in eas terminantur. Et propterea ira incipit a tristitia, & terminatur in delectationem. Si ratio autem probans distinctionem dolorum, rursu digna videtur (ut enim patet ab Aristotele ibidem & Avicenna in sexto Naturalium, quando nocetur alicui, ita quod impossibile apparet ultio, tristitia magna quidem est, & sola, id est, non causans iram: quia non causatur ira sine spe puniendi) ex hoc autem arguere: ergo quando causatur ira, est alia tristitia, cum qua est ira, puerile videtur. hoc enim nihil aliud in fere, nisi, ergo sola tristitia non causat iram. Et hoc est verum: quia requiritur etiam spes ultionis. Est enim ira, ut inferius patebit, & ex diffinitione Arist. ibidem patet, ex multis resultans passionibus.

Super